



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 48. Antonii Carvallii & Antonii Cordesii fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

nibus fenescit, & cum infamia moritur: Exstant enim ab eo plures libelli de varii generis apparitionibus, de obsessis, de locis infestis, nocturnisque terriculamentis, ex quibus non pauca Pater Candidus Brognollius Ord. Minorum in sua Alexicacon mutuatus est.

Sæc. XVII.
A. C. 1601.

§. XLVIII.

Antonii Carvallii & Antonii Cordesi fata.

Ex eadem Societate inter illius ævi Theologos celebrem se reddidit Antonius Carvallius natione Lusitanus, patria Ulisiponensis, qui humanioribus literis apprime excultus, atque eloquentiæ arte insignis Philosophiam ac denique Conimbricæ, Eboræque Theologiam viginti annis tradebat, obiit Conimbricæ sexagenarius eodem die, quo ante quadraginta quatuor annos Societati nomen dederat. Scripsit commentarios in primam secundæ, & secundam secundæ Divi Thomæ. Alter erat Antonius Cordesius natione Hispanus patria Catalaunus, qui anno Dominicæ incarnationis millesimo quingentesimo decimo nono in oppido Olet natus, in Societate, quam anno vigesimo sexto ætatis suæ ingressus erat, varia munera non sine laude obibat; tandem vero

*Miræus l.c.
Philipp.
Alegamb.
Bibl. Script.*

Sæc. XVII. vero hoc anno die decima sexta Martii
A. C. 1601. octoginta duos annos natus peste con-
 tactis inserviens ad vitam immortalen-
 tranſiit. Paratum prælo reliquit tra-
 ctatum *de triplici via Purgativa, illumina-*
nativa & unitiva, necnon alios libellos
 de oratione, Sacramentis, & Deca-
 logo. Edidit quoque Florentiæ ſup-
 preſſo nomine *itinerarium Perfectionis*
Chriſtiane, necnon Catechiſmum Ve-
 lentinæ excuſum.

§. XLIX.

Joannis Heurnii extrema.

Thuan. hiſt. Nec ſilentio prætereundus eſt Joannes
 l. 126. Heurnius, pervetuſta familia e Belgio
Frecher. die vigefima quinta Januarii anno
Papadopol. a Nativitate Chriſti milleſimo quingen-
 tom. 2. teſimo quadrageſimo tertio Ultrajeſti
 natus. Hic Lovanii humanioribus li-
 teris ſedulam quidem conferebat ope-
 ram, fortuna tamen juvenilibus ſtudiis
 ſuis adeo non favebat, ut decimum
 quintum ætatis ſuæ annum jamjam e-
 greſſus nondum in Grammatica profe-
 ctum facere potuerit; tandem vero in-
 genii tarditatem indefeſſa diligentia no-
 cturnisque vigiliis expugnans, felicior
 ſucceſſu ibidem ſub Gemma Friſio ad
 artis Medicæ ſtudia animum intendit,
 ac poſtea Lutetiam Pariſiorum profectus
 ſub